



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorvm Sive
Consiliorvm De Ivre Pontificio Tomvs ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Præbendis Consilivm CCXLVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

accomodatur, & pro confirmatione est, & ex qua ius in beneficio acquiritur, c. *Authoritate De inst. Decius in c. 1. De reg. iur. lib. 6. Ioan. Monach. ad c. 1. De inst. lib. 6. non etiam de illa institutione, quæ tota facti est, quam inductionem in possessionem seu admissionem & installationem vocant; quia hæc tantum est executio canonice institutionis, Panor. in d. c. 1. *De inst. lib. 6. ideoque corporalis dicitur, c. Adhuc vers. in quadam De off. Archidiacon. Panor. in c. Cum venissent nu. 11. De inst. Quid respicit, quod Præpositus Canoniciatus dicitur Ecclesie conferat & conferendo instituat, seu plenum ius tribuat, non verò præsentet Capitulum.**

- 16 Et quamvis ex negligentia Episcopi ad Capitulum suum Cathedrale possit pertinere ius conferendi & negligentiam supplendi, c. *Post electionem, postulat. De concess. praben.* id tamen singulari ratione fit, ut eleganter tradit Panormitanus in c. 2. nu. 8. *De concess. praben.* non intuitu superioritatis, sed propter communionem, quæ est inter Episcopum & suum Capitulum. Unde cum nulla sit communio saltem non æqualis inter Præpositum & Capitulum; imò Præpositus nullum habeat ius animarum in Decanum & Canonicos, & præpositura ipsa omnimodò sit separata à capitulo; non potest idè constitui in supplenda negligentia Præpositi, quod speciali iure receptum est in supplenda negligentia Episcopi. Atque ita satis convincitur, ex negligentia Præpositi ius conferendi non fuisse devolutum ad Capitulum seu ipsius Turnarium.

Quod ipsum dicendum quoque est, quoad aliud genus devolutionis, quod Opponens præterit ex Concordatis Nationis Germanicæ, perque dicit ordinariis Collatoribus permitti provisionem beneficiorum ad collationem Pontificiam pertinentium, si intra tres menses à die vacationis de Pontificia collatione in partibus non consisterit: nam præterquam quod Concordata illa restricta sunt intra fines Germanici Imperij, cui Ducatus Brabantie putatur non subesse; illud genus devolutionis accipiendum esset dumtaxat de beneficijs, quæ rectà viâ Pontifici vacaverunt in mensibus sibi reservatis; non etiam de vacantibus in mensibus Ordinariorum, & quorum collatio ad Papam non pertinet, nisi ex negligentia per lapsum dimidij anni: frustra enim quaritur de negligentia Papæ, quamdiu ad illum non pertinet beneficij collatio. Igitur suo casu & in proprijs terminis accipienda sunt huiusmodi Concordata: ut etiam accipitur Clementis & Bonifacii Octavi constitutio, c. *Licet c. Statutum De praben. lib. 6. de facultate conferendi beneficia apud Sedem Apostolicam vacantia Ordinarijs Collatoribus permitti, si Pontifex intra mensem de illis non providerit.*

- 17 Quinimò præsupposito etiam iure devolutionis ad dictum Capitulum ex negligentia Præpositi, potior nihilominus adhuc erit causa dicti Impetrantis, vel hoc respectu, quod provisio Impetrantis præcise non fundetur in devolutione ex Concilio Lateranensi, propter negligentiam Ordinarij non conferentis, c. 2. *De concess. Consil. Wamef. Tom. 1.*

praben. sed in eo, quòd tunc alicui de his Canonatu & prabenda, auctoritate ordinaria provifum minimè extiterit: ita ut Pontifex magis censeatur contulisse iure præventio- nis, quàm devolutionis; quia cum omni Ordinario concurrat, quamdiu Ordinarius iure suo usus non est, c. Dudum De praben. lib. 6. d. cap. Quia diversitatem, Rebuff. d. tit. de devolut. nu. 46. cum seq. Cum igitur ex his evidenter constet, quòd Capitulum seu Capituli ordinarius iure devolutio ex negligentia Præpositi non potuerit conferre; consequitur collationem Turnarij, quam Opponens præterit, omnimodò esse nullam, ex defectu auctoritatis & potestatis; cum maior nullitas non sit quàm quæ ex defectu potestatis causatur: ita quòd ex huiusmodi nulla collatione neque titulus neque colorata possessio constitui nec præteri possit, Panor. in c. Cum nostris nu. 23. De concess. praben. nec inde aliquod iudicium possessorum causari, Guid. Papa decif. 71. & 85. doct. in c. Ex literis De restit. spoliat. Lud. Roth. conf. 483. Dubitatur primo, Steph. Bertran. conf. 173. Ex processu nu. 9. vol. 8. imò etiam non citatus, nec auditus possessione turbari possit, qui talem incolorantiam præterit, Rota decif. 257. alias est 7. Si quis dicat De concess. in novis; ideoque etiam in his beneficialibus agenti interdicto recuperandæ possessionis rectè obijciatur spoliato notorius defectus tituli, Innoc. in c. Cum Ecclesiæ De caus. poss. & propriet.

Proinde sic stabilitis & confirmatis titulo, iure, ac possessione, Impetrantis, & ex adverso expugnatis & enervatis omnibus, quæ pro parte Opponentis vel allegantur vel obijciuntur; existimamus in hac possessoria causa secundum conclusionem Impetrantis iudicandum esse.

De Prabendis

S V M M A R I V M

Possessorium inter duos ex ordinaria provisione concurrentes.

1. Beneficiorum Ecclesiasticorum possessio sine titulo colorato non acquiritur vel retinetur.
2. Possessio præcessoris coniungenda cum possessione successoris.
3. Collationis & præsentationis faciendæ tempora ex Concordatis Germanicæ nationis.
4. 10. 25. Collatio beneficij differri à præsentatione & admissione ad illud.
5. Præsentatio per patronum quomodo idoneè fieri debeat.
6. Enumerativa in antiquis disponunt, & quando pro dispositivis habeantur.
7. Disponendi facultas de beneficijs quæ importet.
8. Principis quomodo intelligantur esse omnia.
9. Papa potestas absoluta est in beneficialibus.
9. Placitum Principis super executione litterarum à papa sollicitarum.
11. Seu particula quam vim habeat.
12. Collatio, præsentatio, institutio in beneficio quomodo inter se differant.
13. Beneficium Ecclesiasticum sine clericatura haberi nequit.
14. 16. Clericatura quomodo probetur.
15. Clericatura non est ordo, sed qualitas habilitans ad ordines.
17. 19. Clericatura quasi possessio quantum proficiat.

18. Testi conditio tempore reificationis inspicienda.
20. Reservatio Pontificia ligat manus Ordinarii.
21. Reservatio Papalis cum clausula decreti irritanti in-
fici petitorium & possessionem.
22. Resignatio coram Notario facta an inducat beneficij
vacationem.
23. Devolutio fit ab inferiore ad superiorem.
24. Devolutio impropria.
26. Regula de publicandis resignationibus ubi lo-
cum habeat.
27. 30. Institutio in beneficij duplex est.
28. Inductio in possessionem beneficij quid iuris tribuat.
29. { Laicus potest etiam inducere in possessionem bene-
ficij Ecclesiastici.
Etiam per laicum procuratorem potest possessio
beneficij acquiri.
Per laicum procuratorem potest fieri beneficij re-
signatio & permutatio.
31. Opera non debentur nisi indulta.
32. Personatus est dignitas.
33. Possidere prohibitus interdum propofessore est.
34. Traditio rei in presentia & conspectu facta operatur
realem traditionem.
35. Possessio iuris in beneficij Ecclesiastici.

CONSILIVM CCLXVII.

IN hac possessoria causa super Canoniatu & prabenda S. Ioannis Evangelistae in colle-
giata Ecclesia S. Germani Oppidi Thenensis,
inter D. Godefridum Hombeecke Impe-
trantem, ac D. Ioannem Pamele Opponentem,
potiore iure niti videtur dictus Imperans in con-
tentione, utrius possessio, in qua uterque se res-
pectivè manuteneri petit, iustiore seu coloratiore ti-
tulo sustineatur. Et si enim in alijs rebus etiam in
corporalibus cum vel de retinenda vel recuperanda
earum possessione agitur, de titulo possessionis queri
non solet, c. 1. & c. In literis De restit. spoliat. sed de
sola ipsa possessione, quae cum titulo seu proprietate
rei nihil ferè commune habet, l. Naturaliter §.
nihil commune De acq. possess. in beneficij tamen Ec-
clesiasticis possessio sine allegatione & probatione
tituli saltem in aspectu colorati, ut non acquiratur,
ita nec retinetur vel recuperatur, nec pro ea iudi-
catur, gloss. & Doct. in Clem. 1. De caus. possess. & propr.
& in d. c. In literis De restit. spoliat. rebus. tit.
de caus. benefic. p. ff. artic. 1. gl. 1. ad consuet. Reg.
tomo. 3.

Ex parte Opponentis adversus Impetrantem
id maxime urgetur, quod ut titulus, quo Op-
ponens nititur, ita quoque possessio tempore, ex
longiore etiam intervallo amplius quam duorum
annorum, sit prior; & ex consequenti, uti putat,
potior; ob id, quod Opponentis collatio & sub-
sequens in possessionem introductio sit de data
27. & 28. Novembris 1579. collatio verò Im-
petrantis proponatur demum de tertiâ Februa-
rij anno 1582.

Speciosa sanè allegatio, sed supra modum
captiosa. Neque enim Impetrans ius suum me-
tatur praecise & restrictè ex sua solius propria col-
latione, sed etiam ex duorum suorum immediatè
praecedentium praedecessorum iure & possessione;
quibus comparatus Opponens apertè deprehen-
ditur temporis prioritatem in ejus persona &

jure nullam esse; sed ex adverso esse in persona
& iure Impetrantis, qui sui tituli & possessionis
ius coniungendo cum titulis & possessione suo-
rum praedecessorum (ut hoc iure permittitur, l.
de accessionibus d. de divers. & temp. praescript. l. Posse-
ssio testatoris d. De usufructu) tempore Opponentem
in effectu antecedit. Ut id autem demonstretur,
hoc imprimis manifestum & ex confessione etiam
partis Opponentis extra omnem dubitationem est,
quod Canoniatu & prabendae, de quibus in hac
lite controversia est, ordinaria collatio, provilio,
& omnimoda dispositio (ut Impetrans sustinet)
seu (ut Opponens existimat) praesentatio spectet
& pertineat ad Decanum & Capitulum S. Ioannis
Leodiensis, vide sup. consil. 30. de supplen. negl. pralat.
De praesentatione extat geminata Opponentis
confessio: de pleniore iure non tantum praesentati-
onis sed etiam collationis, vacatione occurrente,
constat ex instrumento concordiae olim in anno
1459. inter Decanum & Capitulum S. Ioannis
(apud quos tunc erat ius alterius personatus
in dicta Ecclesia S. Germani) & alterum ejusdem
Ecclesiae investitum iocite, per Sedem Apostolicam
approbatum: per quam concordiam inter alia
specificata beneficia, quae collationi & praesentati-
oni dictorum Dominorum Decani & Capituli
S. Ioannis reservantur, nominatim continetur
prabenda S. Ioannis Evangelistae; quae est hac
eadem, de qua in hac causa quaritur. Ut id etiam
Opponens non obscure confitetur, & literae praesentati-
onis collationis, in quibus idem Opponens fun-
damentum iuris sui ponit, apertissime indicant.
Deinde hoc quoque in confesso est, quod quon-
dam D. Hector Laanyn hujus Canoniatu &
prabendae fuerit rector & possessor; quodque is
23. Novembris 1578. mortem obierit, & per
illam hic Canoniatu vacaverit tunc enim spe-
ciallem vacandi modum etiam continent literae
collationis, cui Opponens innititur.

Quibus sic constitutis dispiciendum est, ad
quem dictorum sic vacantium sic praefati D. He-
ctoris morte Canoniatu & prabendae collatio
seu provilio pertinuerit? Hoc perinde Oppo-
nens, ut Impetrans confitentur, & positive al-
legant, quod cum in mense Apostolico, hoc est
Novembri, hac vacatio contigerit, ex speciall
reservatione Pontificia, & Concordatis Natio-
nis Germanicae ad summum Pontificem perti-
nuerit, non purè & absolute, sed conditionaliter,
si Pontifex quoque intra tres menses proximos
à die notae vacationis in loco beneficij potestate
collationis & provisionis usus fuerit: quasi per
hanc reservationem mapus ordinarij Collato-
ris ad finem horum trium mensium dumtaxat li-
gatae fuerint, ut ijs durantibus Pontificem praev-
enire non possit, c. Licet De praben. lib. 6. Nicol.
Everar. praefat. cons. 237. Causus, Titius, sed tunc
dumtaxat, cum constiterit, quod in loco beneficij
nemo cum aliqua Pontificia collatione seu pro-
visione intra dictos tres menses apparuit. Ita
enim formalibus verbis disponitur in dictis Con-
cordatis; de quorum validitate & effectu licet
alias disputari soleat, nulla tamen in proposito
potest esse questio; ex quo non tantum Impe-
trans, qui illorum copiam typis impressam ex-
hibuit,

hibuit, sed etiam Opponens se fundavit in potestate & usu dictorum Concordatorum.

3 Quia igitur Pontifex sua potestate usus non est, intra illos tres menses, nec intra eisdem aliquis in loco hujus beneficii cum aliqua collatione seu provisione Apostolica apparuit, dissolutum fuit vinculum, quo contrangebantur manus Ordinarii collatoris durante illo trimestri, & Ordinatio aperta via utendi sua ordinaria collatione, arg. c. Statutum De præben. lib. 6. Ordinarium autem nullus alius est secundum prædicta, quam dicti Decanus & Capitulum S. Ioannis Leodiensis; cui ad faciendum hanc collationem à die, non vacationis hujus beneficii, sed cessantis impedimenti, quod ordinariæ potestati iniectum erat per reservationem dictorum Concordatorum, hoc est, à fine trimestris, qui erat 29. Februarii anno 1579. cœpit decurrere tempus sex mensium, qui ex juris communis dispositione præscripti sunt omnibus, qui ordinariam habent potestatem conferendi beneficia vel præsentandi ad illa, cap. 2. de concess. præben. c. 1. §. fin. De iure patron. lib. 6. ut id Opponens aperit quoque & ingenue fateatur. Intra quos sex menses nondum lapsus quadrimestri 21. Iunii anno 1579. per dictos Decanum & Capitulum S. Ioannis Antonio de Houthem ritè & legitime facta est hujus beneficii collatio; ut per exhibitas huiusmodi collationis literas evidenter constat. Ita ut de bono iure & titulo dicti Antoni van Houthem, ex cuius persona impetrans deductionem sui juris facit, liquidissime constet.

Adversus quod aliud quod Opponens obijciat non habet, quàm quod Decano & Capitulo S. Ioannis non competat ius collationis, sed dumtaxat præsentationis, & quod huiusmodi præsentatio non sit facta Capitulo Thenenfi intra semestrem à lapsu dictorum trium Apostolicorum mensium: nam qui solius patronatus Ecclesiastici seu præsentationis ius habet, debet intra semestrem tempus eam præsentationem facere, d. c. 1. §. fin. De iure patron. lib. 6. non tantum per traditionem literarum præsentatoriarum ad manus illius, quem præsentat, sed præterea per realem præsentationem earundem literarum ad manus illius, ad quem pertinet ius canonicæ institutionis, Casar Lambertinus de iure patron. lib. 2. p. 1. art. 16. quarta quæst. princ. & p. 4. art. 2. quarta quæst. princ. In eo enim differt absoluta collatio seu provisio de beneficio à præsentatione ad illud, quod etsi sola collatio Collatoris, & acceptio collatorij perficitur, & effectum suum consequatur, si fiat intra semestrem, etiam si intra illud non fiat collationis confirmatio, aut ad possessionem corporalem admissio, d. cap. 2. De concess. præben. (quia scilicet collatio per se habet vim electionis, præsentationis, confirmationis & institutionis, quæ unico actu collationis expediunt, Panor. in cap. Causam quæ nu 6. in fine de elect.) * Nuda tamen literarum præsentatoriarum expeditio, quæ nihil aliud adhuc est quàm præsentandi electio seu delectus, non sufficit, nisi durante semestri patronis ecclesiastici concessio, superiori seu illi, cui debet præsentatio fieri, realiter & actu-

aliter vel persona præsentati, vel vox aut literæ præsentantis præsententur: quia patronus per actum solus præsentationis non satisfacit iuri & constitutioni, Card. Zabarell. in Clem. 1. in verb. præsentatos cum 1. vers. opponit in eo de excess. prælat. Rota dec. 211. non sufficit alias 3 de iure patron. in novis. Casar Lambert. locis supra citat. Ceterum satis ponderis non habet hæc obiectio; ob id, quod, ut paulò ante diximus, ad Decanum & Capitulum S. Ioannis spectet & pertineat non nudum ius patronatus seu præsentationis, sed perfectæ, plenæ, & absolute collationis ac provisionis; ut apertissime constat ex tenore supradictæ concordie, in qua primum in parte narrativa hoc assumitur, quod à tempore memoriam hominum excedente per alternatas vias ad Decanum cum Capitulo S. Ioannis & Investitum seu Personam alterius personatus dictæ Ecclesiæ S. Germani Thenenfis spectaverit omnium beneficiorum in dicta concordia specificatorum (inter quæ nominatim recensetur hic Canoniciatus & præbenda S. Ioannis Evangelistæ) collatio, provisio & quævis alia dispositio, præsentationis aut iuris patronatus nullà facta mentione. Quibus verbis narrativis seu enuntiativis in hoc antiquo instrumento, quod iam excedit spatium centum & viginti annorum, & sic indubitatè privilegia antiquitatis habet, Aymo Cravetta de antiqu. temp. cap. 1. Molin. ad consuetud. Paris. §. 5. nu 63. omnimodò tamquam dispositivis standum est; ob id potissimum, quod sine assertiva, non obiter aut propter aliud, sed principaliter propter se, & per modum causæ emissa, & in eodem instrumento semel atque iterum repetita & geminata, non tantum de re præterita, sed etiam præsentis, hoc est, de hoc iure, quod & olim & tunc de præsentis, competebat dictis Decano & Capitulo; ex quorum concursu nemo dubitat, quin verba narrativa seu enuntiativa pro dispositivis accipiantur, Bart. in l. si facer §. Lucius D. Solutum in m. Bald in l. cum aliquis nu. 4. vers. item quod dicit glossa C. De iure delib. iud. rom. cons. 65. Viso themate nu. c. Alexan. cons. 190. Plura narrata nu. 26. 28. & 29. vol. 6. Deinde in parte formaliter dispositiva dictæ concordie hoc expressè convenit, quod Decanus & Capitulum S. Ioannis Leodiensis in perpetuum disponere teneantur de beneficiis tam Canonicis quàm alijs ibidem specificatis. * Quod verbum disponendi ad pleni iuris collationem referendum est, non ad nudam præsentationem, quæ propriè dispositio non est, & per quam ius aliquod in re non constituitur, sed dumtaxat ad rem: ut etiam est in electione, postulatione, & præsentatione, quæ superioris confirmationem & institutionem ad acquirendum ius in re omnino requirunt, c. Avaritia de elect. lib. 6. Steph. Bertran. cons. 2. Viso processu nu. 7. vol. 3. p. 1. Vnde est, quod electio, postulatio, & præsentatio ad inferiores & subditos referantur; collatio verò, provisio, & dispositio ad Prælatos, qui potestatis habent plenitudinem, quique quo iure delectu in personis conferendo faciunt, eodè confirmant & instituunt, gloss. V. in electiones in c. Vi circa De elect. lib. 6. c. 1. de instit. lib. 6. Quam concordiam autho-

authoritate Pij Papæ Secundi iisdem verbis sine ulla verborum mutatione confirmatam, & instrumento publico per Prælatum in dignitate constitutum fulminatam, & ab hinc annis pluribus quàm centum & viginti publicatam auctoritate quoque & literis Sixti Papæ Quarti, etiam quoad prædictam collationem & provisionem approbatam, & plenissimo jure dictæ Ecclesiæ S. Ioannis incorporatam, non recte convellit & mordet hujus causæ Opponens; quasi id non fuerit in potestate Sedis Apostolicæ, nec fieri potuerit sine speciali Ducis Brabantie, quem collegiæ Ecclesiæ Thenensis fundatorem esse dicit, consensu. Cum enim de hujusmodi fundatione nihil constet, nec verosimilis sit, ex eo, quod Dux Brabantie jus patronatus nullum habeat in dicta Ecclesia; ut bene habet Lovaniæ & Bruxellis & in incorporationibus seu unionibus alterius consensus non requiratur, quam illius, cujus probabiliter interest, non etiam illius, cujus per remotas & longas rerum circumstantias aliquo modo videri posset interesse. *c. Sicut univ. De excess. Prælat. Clem. Ne magro §. ad hac De statu monach. rebus. in praxi benef. tit. de union. ad verb. vocatis quorum interest*, non est quod attendi debeat talis.

8 Opponentis allegatio. I Spectant quidem ad Principem, qui superiorem non agnoscit, omnia, quæ in suo Principatu sunt, non jure proprietatis, sed superioritatis & jurisdictionis, ad finem subiectionis, protectionis & defensionis, *l. Bene à Zenone & ibi gloss. in v. omnia C. De qua. drien. præscript. eoque respectu Imperator mundi dominus est. l. deprecatio ff. Ad leg. Rhod. de iactu; & inferior Princeps sui Principatus*, Bald. *conf. 359. Quomodo Imperator vol. 3. nu. 3.* sed non singularum rerum vel jorum, quæ quoquo modo ad subditos vel ad Ecclesiam pertinent, *Ordinad. consil. 224. Iste sunt allegationes nu. 9. Matth. de assist. decis. 267.* * in quibus summum jus amplissimamque potestatem habet ipse summus Pontifex, ad quem Ecclesiarum, personarum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum plena & libera dispositio ex potestatis suæ plenitudine noscitur pertinere, *Clem. 1. in fine V. l. ite pend. & super omnes ordinariæ potestatis obtinet principatum, c. Antiqua De privileg. ita ut ei omnia beneficia & dignitates totius mundi illorumque bona sint, ut inquit Baldus, in l. Rescripta nu. 7. vers. item omnia beneficia mundi C. De preb. imp. offer. obedientia & manualia.*

Nec ad rem facit, quod ulterius Opponens objicit, quod sine literis Placiti Ducis Brabantie hæc incorporatio & unio impetrata seu executioni mandata sit: nam ut potestas Pontificis absoluta est, nec dependet à voluntate aut consensu Principis secularis, in his, quæ Ecclesiastica jurisdictionis ac prestatitis sunt, *c. Ecclesia S. Mariae de constit. Auth. statum C. de Episc. & cler. ita nec Placiti hujus, ad substantiam & substantiam dispositionis Apostolicæ, intervenit & auctoritas ex juris communis ratione requiritur. Allegavit quidem Opponens edictis seu ordinationibus Maximiliani primi Imperatoris, & Philippi Archiducis Austriæ ipsius filij pridem constitutum fuisse, in anno 1484. & in anno 1497.*

ad coercendum abusus quosdam, ne quis si præcedentibus literis Placiti Principalis possit in hac inferiore Germania executioni mandare literas seu Bullas Apostolicas super gratiis, provisionibus & dispositionibus de dignitatibus & beneficiis Ecclesiasticis (quod quoque constat in alijs provincijs per alios Principes factum esse propter similes abusus, quos subinde præter voluntatem Pontificis in executionibus Papalium litterarum irrepere contingit, Bald. *conf. 450. casus talis vol. 1. Angel. conf. 23. Nulla persona*) inde tamen non potest impugnari hæc unio & incorporatio, multo minus dictæ concordie approbatio: cum hæc sit de anno 1459. & illa de anno 1479. & sic diu ante ordinationem Maximiliani, quæ est de anno 1484. & Philippi Archiducis, quæ est de anno 1497. diu post mortem Pij Secundi & Sixti Quarti, ut aperte declaratur in dicta Maximiliani ordinatione; & sic utraque longè posterioris datæ, quæ ob id aliquem effectum retroagere nequeant; cum novæ constitutiones futuris rebus formam dent, & ad facta præterita non extendantur, nisi id quodque in ijs invenitur expresse cautum, *l. Leges & constitutiones C. De legib. l. litemus C. De testam. Bald. conf. 407. quæst. 1. nu. 14. vol. 1. Angel. conf. 382. Statuto communis.* Quod in his ordinationibus, indubitanter necessitatem impetrandi literas Placiti, non tantum cautum non est, sed expresse satis remissum, per hoc, quod in illis cautum sit de futuro dumtaxat tempore; ne scilicet in posterum sine literis Placiti ad executionem litterarum Apostolicarum procedatur. Ex quo etiam est, quod Bolla ejusdem prædicti Sixti Quarti, quæ Universitati Lovaniensi concessa est fidei nominandi ad beneficia, in libro semper fuerit usu, sine adminiculo litterarum Placiti, quarum tamen necessitas superinducta est quoad aliam bullam nominandi per Leonem decimum Papam, & ejus successores, diu post datam dictarum ordinationum concessam Facultati Artium in eadem Universitate: ut in hoc amplissimo Concilio ex diuturnitate & frequenti usu notissimum est. Ita quod inoffenso pede ad effectum perducta fuerit prædicti Sixti Quarti unio & incorporatio, quæ ex causis prædictis post tam multos annos convelli aliquo modo non debet, vel ex postea introducto usu litterarum Placiti, vel ex alijs causis, quas Opponens ulterius adducit de collusionem, de forma non observata, de fraude, de surreptione & obreptione, de invidiosa transatione ad ditionem Leodientem (in cuius Diocesi tunc & tempore hujus unionis & incorporationis erat Ecclesia Thenensis) hæc enim omnia rursus proponuntur post decursum amplius quàm centum & viginti annorum: ex quo omnia præsumi debent solemniter, ritè ac debito modo & ex iusta causa facta, latè Aymo Cravetta de antiqu. imp. p. 3. c. 1. tam quoad extrinsecas, quàm intrinsecas solemnitates. * Nec in contrarium urget, quod in instrumento concordie etiam præsentationis fiat mentio, illam attribueudo illis, qui concordiam hanc tunc inibant; ita quod cum per illam attribuat facultas conferendi, seu per viam præsentationis disponendi, velut per interpretationem reservata ipsis sit dumtaxat facultas præsen-

præsentandi, non absolute conferendi vel dispo-
nendi: nam subiecta mentio præsentationis per
pauculam, seu, non interpretativè sed ampliati-
vè accipienda est, quia vim ampliandi habet, &
magis coniungendi quàm disjungendi. *l. si quis
ita. ff. de auro & argen. legato*: præferim quia nul-
quam fiat mentio juris patronatus, in quo pro-
prium est præsentare dumtaxat, non etiam con-
ferre, *Panor. in cap. Post electionem nu. 10. De con-
cess. præben.* ita ut, si patronus utendo jure patro-
natus in literis suis utatur verbo conferendi, do-
nandi, vel concedendi, nihil agere censetur, c.
12. *Quod autem de iure patron.* Pro re igitur sub-
iecta, verbum præsentandi in eo, cui conferendi
se, providendi potestas non attribuitur, strictius
accipitur, prout præsentatio à collatione & pro-
visione separatur: at in eo, cui conferendi &
providendi potestas est, adiectio præsentationis ad
ampliationem refertur, ut qui eam sic habet, non
nudum jus præsentationis (quod jus aliquod spi-
rituale non tribuit, sed dumtaxat jus ad rem, *pa-
nor. in c. Auctoritate De instit.*) verum etiam vi-
gore potestatis conferendi habere censetur præ-
sentationem, non ad aliquod jus Canonicum
ab eo, cui præsentatio hac fit, obtinendum;
id enim iam ante præsentationem per collatio-
nem acquisitum fuit, & amplius ab eo, cui præ-
sentatio fit, acquiri non potest, & *gidius Bellamera conf.
1. Factum est tale col. 6. vers. 3. hoc probatur*, sed
ad adipiscendum corporalem possessionem, d. c.
*Post electionem, D.D. in c. Cum satis, c. Adhuc De off.
archid.* quæ in facto, non in jure consistit, *Rota
decis. 441. alias 16. sub tit. De concess. præben. in no-
vis.* Alioqui etiam collatio fieri potest sine præ-
sentatione alicujus, *Panor. in c. Post electionem nu.
10. Decus conf. 224. In casu proposito num. 4. & cum
à collatore alicui fit, jus tribuitur, cuius execu-
tio quoad admissionem in Capitulo & ad stallum
in choro exhibetur ab eo, cui præsentatio fit,
closs. in d. c. Post electionem in V. ordinationem, Ca-
sar Lambert. De iure patron. lib. 2. parte 3. art. 1.
undecima quest. princ. nu. 4. Geminian. consil. 84.
Quia istud dubium nu. 10.* Quod autem verbum
præsentationis pro re subiecta accipi debeat, apertè
deprehenditur, non tantum per exempla aliquot
collationum, cum præsentatione hac per D.D.
Decanum & Capitulum S. Ioannis factorum, pro
parte Impetrante exhibita; verum etiam per plu-
rima extracta ex libro institutionum & admissio-
num Capituli S. Germani, quæ ex parte Oppo-
nentis sunt exhibita; quæ non de Canonica in-
stitutione dicti Capituli Thenenis loquuntur
(quæ opus est in præsentationibus strictè & specificè
acceptis ex jure patronatus, non item in colla-
tionibus & provisionibus ordinariorum Colla-
torum, *Panor. in d. c. Post electionem nu. 10.*) sed
de admissione & institutione, quæ facti est, &
ad installationem ac corporalem possessionem
tradendam & acquirendam refertur, *Rotad. de-
cis. 16.* Prout etiam inter illa extracta sunt quæ-
dam, quæ coniunctim faciunt formalem men-
tionem provisionis & præsentationis Capituli
S. Ioannis; & quod ad talem præsentationem
Decanus & Capitulum S. Germani admiserint
& instituerint: cuius tamen generis institutio
non est illa, sine quâ beneficium Ecclesiasticum,

aut ejus possessio non potest obtineri, c. *Benefici-
um De reg. iur. lib. 6.* sed per quam ad possessionem
beneficii expeditius pervenitur tunc & postquam
Canonica institutio obtenta est, sive per viam
collationis, concessionis, & provisionis absolute;
sive per viam confirmationis post electionem;
sive per modum præsentationis, accedente ap-
probatione superioris, qui juris spiritualis con-
cedendi facultatem habet. Ita ut pro re subiecta
institutio aliter atque aliter accipiat, *Dost. in d.
c. Beneficium*; modò pro auctorizatione, ut est ad
præsentationem patroni, qui jus spirituale con-
ferre non habet; modò pro re obsequiali, in eo,
cui superior executionem facti mandat, sive
mönendo & requirendo, sive exhortando, latè
*Casar Lambert. lib. 2. de iure patron. p. 1. art. 1. &
alij seqq. usque ad 12. quest. princ.* quod satis per
Advocatum causæ in scriptura Memoria deduc-
tum latius non prosequimur.

Constituto igitur eo, quod ad Capitulum
S. Ioannis pertineat ordinaria collatio & aucto-
rizabilis illa spiritualizans institutio Canonica-
tus & præbendæ, de quibus in hac causa est quæ-
stio, manifestum fit, quod Impetrans hujus cau-
sæ jus suæ possessionis fundando in titulo, quem
obtinuit ab eo, qui conferendi potestatem ha-
buit, nedum coloratam, sed etiam benè qualifi-
catam adeptus fuerit possessionem; quæ illi suf-
ficere debet, ad fundandum hoc iudicium pos-
sessorium, *Guido papa decis. 85.* Ad quod funda-
mentum subvertendum pro parte Opponentis
multa obijciuntur, tum ex persona & inidonea
qualitate non tantum Impetrantis, sed etiam au-
ctorum seu prædecessorum ipsius; tum ex defectu
potestatis Collatorum; tum denique ex vitio
formæ in adeptione possessionis hujus Canonica-
tus & præbendæ commissio.

Ex persona Impetrantis hoc profert Oppo-
nens, quod non constat de tonsura & clericatura ¹³
Impetrantis, ex quo defectu omnimoda confer-
geret obtinendi beneficij Ecclesiastici inhabilitas
& incapacitas, tam quoad possessionem, quàm
quoad proprietatem: beneficij enim Ecclesia-
stici capax non est, qui clericus non est; cum in lai-
cum non cadat jus spirituale, quale in se con-
tinet beneficium Ecclesiasticum, c. 2. *De instit. c.
causam de præscript. c. Ex literis de transact.* Unde
est, quod qui de beneficio agit, omnino etiam
ultro non obijciendo adversario (ut plerique pu-
tant) probare debeat se clericum esse, alioqui
in iudicio obtinere nequit, *Geminian. conf. 91. Præ-
mitto quod possessori.*

Et quidem hujus rei probatio quibusdam ad-
modum præcisa & coangustata est: nam sunt qui
existimant clericaturam aliter quàm per literas ¹⁴
Episcopi ordinantis probari non posse, per ea quæ
*scribit Nic Boerns decis. 171. nu. 11. 15. & 32. alij per te-
stes qui e probari posse, sed non alios quàm quibus
præsentibus, videntibus, & intelligentibus ton-
sura clericalis ei, de quo quæritur, collata sit, & gi-
dus Bellamera conf. 1. Factum est tale, post princ. vers.
circa secundum, Alex. conf. 107. Videretur circa vol. 7.*
Hoc sanè verum est, Impetrantem neque
literis sigillatis Episcopi, neque testibus,
qui collationi clericalis tonsuræ interfuerunt, pro-
basse

basile hanc clericaturæ qualitatē; ut nec ex ad-
verso de sua persona fecit Opponens, qui non mi-
nūs quā Impetrans confiteri debuit se literas
sue tonsuræ non habere, sed illas perisse in direp-
tione oppidi Thenenis (quæ anno 1578. in horum
temporum, hostilitate contigit) ita ut si qua in
parte in hac re est defectus, in eodem luto hæreat
uterque & quod pro evertendo & excusando hoc
defectu Opponens in medium adducit, debeat
perinde suffragari Impetranti; quo enim quisque
iure adversus alium utitur, idem adversus se sta-
tuere debet, n. *Quod quisque iuris per tot.* Sed defi-
ciente utrimque directâ hac probatione, in com-
paratione eorum, quæ utrimque adducuntur po-
terior est præsumptiva probatio, quā Impetrans
fecit: in primis per hoc, quod Impetrans exhi-
buit originales Episcopales literas, per quas
constat Impetranti collatos esse omnes minores
ordines, Ostiarij, Lectoris, Exorcistæ, Acoly-
ti, seu Acoluthi: ad quos nemo promoveri vel ordi-
nari potest, nisi præcedente clericaturâ, † quæ
licet ordo non sit, nec in ordine aliquis gradus,
est tamen dispositiva qualitas ad Ecclesiasticos or-
dines habitans & necessariò præcedens, c. *De*
eo de temp. ordinand. Magist. Sentent. 4. distinct. 24.
c. 1. & ibi Richardus: ita ut inde ex ratione conse-
quentium & antecedentium rectè præsumi pos-
sit, quod hos minores ordines præcesserit cleri-
calis tonsurâ. * Verum quidem est de facto fieri
posse, ut omniis præcedentibus per surreptionem
& obreptionem ad succedanea seu sequentia per-
venitur; ut sit in eo, qui per saltum promove-
tur, c. 1. *De cler. per salt. promotis*, c. 1. *De cler. per*
egrim. sed tamen illius præsumptio in dubio non
est allumenda, præsertim in concursu aliarum
circumstantiarum, ex quibus avertitur huiusce-
modi præsumptio; quales non pauca pro Impe-
trante concurrunt. Inter quas potentissima est at-
testatio D. Gerardi de S. Trudone, & D. Ge-
rardi Vrisen; qui certificant se vidisse & legis-
se literas tonsuræ d. & i. Impetrantis: quod testi-
monium validum & efficax est in probandis
etiam his, quæ non nisi instrumentis desuper con-
fictis subsistere possunt, c. *Contrarius C. De fide instrum.*
l. *Si qua per calumniam C. De Episc. & cler. l. 1.*
c. *De mand. prim.* multo magis in his, quæ ad
sui substantiam & validitatem, scripturam seu
instrumentum non requirunt, l. *Sicut l. Si solemnibus*
c. *De fide instrum.* Inter quæ certum est collatio-
nem clericalis tonsuræ esse, quæ ob id perinde
testibus ut literis sigillatis Episcopi probari po-
test, Boerius d. *decis. 171. nu. 13.* In quibus etiam
non est omnino necessarium probare amissionem
instrumenti, Bart. *Castrén. & alij in d. l. 1. Salicet.*
& alij in d. l. *Sicut c. De fide instrum.* perinde ut in
his, quæ non nisi instrumento confecto nec stare
nec subsistere possunt; quo tamen amisso etiam
duo dumtaxat testes sufficiunt ad probationem
instrumentum extitisse, etiam si ad actus solemnita-
tem plures testes requirantur, si id se vidisse &
legisse deponent. Ut est in testamento in scriptis,
septem testibus adhibitis confecto, amisso, &
alijs similibus, quæ scripto ab initio confici ne-
cesse est, l. *publicati C. De testam. gloss. in l. 2. in v.*
de test. C. De bon. poss. secum. tabul. & in l. Cum instru.

mentis C. *De fide instrum. l. 1. conf. 42. Præsentis dubi-*
tatione vol. 1. † Quorum duorum testimonium a testa-
tionibus adjuvantur per hoc, quod Impetrans ab
hinc plusquam viginti annis fuerit in possessione
seu quali clericaturæ, & ut talis beneficia semper
possederit, & ut possessor Ecclesiastici beneficii
ad minores inferiores ordines promotus fuerit;
ut constat ex prædictis originalibus literis de col-
latis huiusmodi inferioribus ordinibus. Et su-
pra mentionati duo testes testificantur, quod Im-
petrantem pro clerico beneficiato & postmodum
ad maiores etiam ordines promotum, semper te-
nuerint & reputaverint, ejusque primitijs Missa-
rum post susceptum ordinem Presbyteratus cum
pluribus alijs interfuerint: huiusmodi ejusdem
quali possessio, & vulgaris seu communis repu-
tatio, etiam sola in re recenti non prodest, pro test-
tamen etiam sine probatione tituli, hoc est ac-
ceptæ clericalis tonsuræ, imò sufficiens est in etiam
longiore decursu temporis decem vel viginti vel
paueriorum annorum; quod in auditorio Rotæ Re-
manæ decisum, decis. 264. alias 12. de caus. poss. &
propriet. & decis. 312. alias 12. de probat. & decis. 864.
alias 7. de testam. in antiq. communiter approbatum.
Paulus Castrén. conf. 202. in causa consensum vol. 1.
l. 1. in l. Barbarius Philippus nu. 47. de off. prætoris.
Et quidem bona & concludente ratione, quod
non sit verosimile, aliquem in huiusmodi posses-
sione tam tituli quam beneficii, præsertim habi-
tus & tonsuræ continuatione per tot annos tole-
rari à superioribus sine veritate requisitæ cleri-
curæ & aliorum requisitorum ordinum; cum ad
eorum officium pertineat, per statuta tempora
semper inquirere de conditione & qualitate
eorum, qui pro talibus se gerunt & ut tales in
aliqua Ecclesia ascripti sunt, seu beneficium
possident, *Castrén. d. conf. 202.* Ut mirum non
sit, si possessio beneficii & reputatio communis
coniuncta cum tolerantia superioris, reserve-
ret possessorem à probatione huiusmodi qualitatē,
Agid. Bellamera decis. 76. & 114. præsertim quæ
sine alicuius tertij iniuria acquiri solet; ideoque,
ut plerique putant, per unum etiam testem pro-
bari possit, *Hippol. de Marsil. in l. 1. §. eodem Corn-*
elio nu. 4. De question. Boerius d. decis. 171. nu. 24.
Cum igitur Impetrans in Ecclesia S. Germani
ab hinc plusquam viginti annis in habitu cleri-
cali resideret, in ea Cappellaniam obtinuerit, &
adhuc ut Opponens fateatur, obtineat, eaque
continué fecerit, quæ sine jure & titulo cleri-
curæ facere non posset; non debet nec potest in
hac causa ad demonstrandum ejus idoneam qua-
litatem, aut eum onerandum præcisa seu exclusio-
re probatione idoneæ qualitatē, urgeri.

In quo articulo Impetranti etiam obesse non
debet, quod Opponens inter alia objicit, quod
per Decanum & Capitulum S. Germani The-
nenis ei inhibuit sit, ne amplius in ipsorum
Ecclesia Missas celebret, vel officia sacerdotalia
exerceat, donec de collatis sibi ordinibus doceat:
nam hoc in verbali processu per Opponentem
nulquam allegatum fuit; ideoque in scriptura
Memoriae ut reiectum ab Impetrantis pro-
curatore per notam crucis ad articulum id conti-
nentem merito notatum fuit. Et sane si prius id
allegatum

allegatum fuisset, potuisset huiusmodi obiectio sine difficultate refutari: quo tamen opus esse non videtur, ob id, quod de huiusmodi inhibitione nullum prolatum sit instrumentum, aut aliqua testium certificatio; & in omnem eventum extra allegata & acta seriùs id nunc allegatur in scriptura Memoriae, quæ prius non allegatis in facto consistentibus ex stilo Curie infarciri non debet. Cùm alioqui huiusmodi allegatio planè improbabilis sit, ob id, quod ex attestazione, eulogio, ac literis D. Decani dictæ Ecclesiæ per Impetrantem exhibitis evidenter constet, Impetrantem esse Cappellanum & subditum dictæ Ecclesiæ, honestæ vitæ sacerdotem; ut non sit verosimile, quod idem Decanus vel antè vel post ipsi talem inhibitionem fecerit.

Et hætenus quidem satis de idonea Impetrantis ad obtinendum & retinendum hunc litigiosum Canonicatum qualitate. In auctoribus porro seu prædecessoribus Impetrantis, qui post mortem D. Hectoris Lanyns hoc beneficium successivè obtinuerunt, satis quoque probata invenitur idonea qualitas; videlicet in persona D. Antonij van Houthem, cui collatus fuit hic Canonicatus ex vacatione per mortem dicti D. Hectoris; & in persona D. Germani van Mulck immediati Impetrantis præcessoris, qui eundem Canonicatum paulò post iterum ex libera resignatione præfati Antonij van Houthem vacantem obtinuit. Quod nullam dubitationem habet quoad personam dicti Antonij, ob exhibitam copiam authenticam originalium literarum signatarum de clericali tonsura ej collata. Et quoad personam D. Germani van Mulck, etiam si huiusmodi originales literæ non proferantur, res quoque difficultatem non habet, ex eo, quod per certificationem notarialem ex parte Impetrantis exhibitam, satis constet huiusmodi literas in hostili direptione oppidi Thenensis perisse. Vt & Opponens suas in eadem direptione perisse simpliciter sine ulla vel præstatione vel oblatione iuramenti super hoc casu amissionis allegavit; quem tamen casum dictus Germanus in præfacto renuntiationis instrumeto affirmavit, cui ea in parte sint alia probatione credi debet, *Barth. in l. Eman. cap. in fin. c. de sine instrum.* præsertim in tanta notorietate dicti casus seu infortunij hostilis direptionis, in qua verosimillimum est dictum D. Germanum sperinde, ut Opponentem, literas suas amississe. Quà amissione probatà meritò in proposito sufficere debet attestatio duorum testium, quæ ulterius in dicta certificatione continetur de possessione huius clericaturæ, & de communi reputatione, quod idem Germanus fuerit clericus & sacerdos; addito etiam eo, quod illum viderint Missas continuè celebrantem; quam possessionem & communem reputationem paulò antè diximus sufficere ad probationem clericaturæ. Accedente etiam eo, quod ex instrumentis per Opponentem exhibitis, ex ejusdem Opponentis allegatione evidentiùs constet, dictum Germanum fuisse possessorem diversorum beneficiorum Ecclesiasticorum; idque ex diversis collationibus Decani & Capituli Thenensis, qui si non habuissent hunc D. Germanum pro clerico tonsurato, & sic capace di-

Conf. Wamels. Tom. I.

ctorum beneficiorum, collaturi ei non erant aliud quod Ecclesiasticum beneficium.

Proinde parum momenti habet quod dicta certificationi obijci posset (quod per Opponentem tamen minime obiectum est) quod unus testium in dicta certificatione nominatorum sit ipse D. Godesfridus huius causæ Impetrans, & sic in re sua & in causa propria idoneus testis, *h. Omnibus c. de testibus l. Nullus d. eod. ex quo alius testis sit omni exceptione maior; & unius testimonium hac in re sufficiat, Boerus d. decis. 171. m. 24. ut superius diximus, accedente præsertim beneficii Ecclesiastici possessione. Cùm alioqui etiam dicti Impetrantis hoc testimonium idoneum & efficax judicari debeat, ob id, quod illud dederit non tantum ante hanc litem institutam, sed etiam ante obtentum ex collatione Decani & Capituli S. Ioannis Leodiensis hunc litigiosum Canonicatum, quem tempore dicti testimonij præfatus Dominus Germanus obtinebat ex resignatione Antonij van Houthem, & ad Impetrantem primùm pervenit in anno 1582. tertia Februarij: inde enim constat quod Impetrans in sua causa non dixerit testimonium. * Equidem in approbanda vel improbanda qualitate & conditione 18 testis, inspiciendum est tempus, quo testimonium dixit, non illud, quod vel antecessit vel sequutum est, *l. Ad testium §. conditionem & ibi gl. & not. de testam. l. 3. §. causa vers. finge enim testes & ibi gloss. in verb. non eandem d. de Carbon. editio.* Ita ut per hæc sufficienter constet perinde de dicti D. Germani, ut Antonij idonea qualitate ad obtinendum hunc Canonicatum. Prout etiam Opponentis de idonea eorum qualitate nulla extat formalis & dispositiva obiectio. † Cùm alioquin ei, qui in causa beneficii jus suum ex capite suorum auctorum seu prædecessorum metiri & asserere debet, quoad 19 habilitatem personæ ex illius conditione, quod fuerit legitimus & clericus, sufficiat qualis, & minus exacta probatio, *Agidius Bellamora decis. 112. & ut habet decisio Rotæ Romanæ, decis. 136. aliàs 2. de filiis presbyterorum in novis,* reputatio seu quasi possessio huiusmodi qualitatum per solum triennium. Et si enim surrogatus seu succedens in jus alterius teneatur iustificare jus illius, in cuius locum succedit, *l. Qui in alterius De regul. iur. præsertim quâ parte illud formaliter seu specialiter in dubium revocatur & oppugnatur à parte adversa, obiter tamen id fieri sufficit: ob id, quod super titulo auctoris principaliter non sit pronuntiandù, ideoque sufficere meritò debeat, præsertim in possessorio iudicio, quod possessor putativus beneficii litigiosus fuerit pro idoneo & qualificato reputatus: cùm enim in custodia successoris non sint instrumenta seu documenta tituli prædecessoris, absurdum esset casum periculi sui amissionis eorundem ad successorem referre, *Lud. rom. cons. 463. in re præfati, Bellamora decis. 112. & 645.* Ex personis itaque Impetrantis vel suorum auctorum seu prædecessorum quoad habilitatem & capacitatem cùm nihil sit, quod titulum, quem Impetrans præterdit discolorare aut inficere possit, progrediamur ad ea, quæ Opponens ex defectu potestatis Collatorum, hoc est Dominorù Decani & Capituli S. Ioannis Evangelistæ Leodiensis**

R r

Impe

Impetranti obijcit.

Ex defectu potestatis simplicis presentationis nihil obijcit, nam illam Opponens concedit & agnoscit, ut superius dictum est: neque etiam ex amissa potestate hac per lapsum temporis à jure ad presentationem faciendam præscripti; nam, ut superius diximus, literæ, quas Antonius van Houthem à dictis Decano & Capitulo ex morte D. Hectoris obtinuit, demonstrant nullam in ea parte fuisse negligentiam, ob quam potestas ipsius competens possit dici amissa, ex eo, quod D. Hector Lamyns, ex cujus morte tam Opponens quam Impetrans ex capite dicti Antonij ius ad hunc Canonicatum prætendunt, obierit 23. Novemb. 1588. & sic in mense Apostolico; propter quam vacationem ex supramentionatis Concordatis nationis Germanicæ, potestas aliquo modo disponendi de hoc sic vacante Canonicatu præfatis D. Decano & Capitulo S. Ioannis adempta, seu saltem suspensa fuit ad tres proximè & immediatè sequentes menses: nam reservatio Pontificia ad certum & limitatum tempus ligat manus Ordinarij Collatoris, c. Statutum De præben. lib. 6. ut eo durante nullum omnino sit, quicquid Ordinarius in contrarium facit; præsertim propter clausulam decreti irritantis eisdem Concordatis formalibus verbis insertam: t. cujus potestas in annullando id, quod in contrarium agitur, non tantum petitorium, sed etiam possessorium in beneficiis causis sic inficit ipso jure, ut ex sic vituata & infecta causa possidenti non detur interdictionem possessorium, c. 1. & 2. *De lite pendente* lib. 6. Clem. 1. §. secus de concess. præben. nota decis. 475. alias 10. de caus. poss. & propri. in antiq. Quo impedimento ex reservatione temporali per lapsum præfiniti temporis sublato, injectum hoc vinculum tollitur, & solutis manibus Ordinarij ac resoluti effectu decreti irritantis, ad suam ordinariam naturam redit potestas de beneficio disponendi, *Geminian. conf. 93. Videtur primo nu. 13. & 14. Card. Zabarella conf. 117. Super præmissis nu. 2. vers. item etiam præsupposito*: sic quod durante hoc trimestri nulla possit argui negligentia vel mora ordinarij; neque hoc trimestre illi imputari in semestri, quod etiam nudo Patrono Ecclesiastico ad faciendam presentationem datur, c. 1. §. verum de iure petron. lib. 6. eo quod toto illo trimestri Ordinarij potestas impediatur per dictam reservationem, c. Quia diversitatem De concess. præben. *Gemin. in d. c. Statutum nu. 6. vers. ante menses*. Vnde in proposito casu hoc semestre, quoad hunc, de quo quæritur, Canonicatum, cæpit primùm decurrere ex fine dicti trimestris, hoc est à 23. Februarij perduraturum ad commodum dictorum Decani & Capituli S. Ioannis usque ad 23. mensis Augusti; quo adhuc durante videlicet 21. Iunii ydem Decanus & Capitulum in persona dicti Antonij de hoc Canonicatu disposuerunt, ut constat ex sigillatis literis dicti Capituli. Similis diligentia & exacta temporis observatio facta est in dispositione seu provisione de hoc eodem Canonicatu paulò post iterum vacante ex libera & simplici resignatione, per dictum Antonium ad manus di-

ctorum Dominorum Decani & Capituli S. Ioannis per Dominum Henricum Danielis facta, vigore procuratorij per eundem Antonium specialiter ad hoc dati, per hoc, quod de eodem Canonicatu sic vacante providerint D. Germano van Mulck 6. mensis Febr. anno 1580. hoc est ante lapsum quarti mensis, etiam à data dicti procuratorij ad resignandum dati; inò statim ab ipsa formali & effectuali resignatione ad manus superioris; cujus & acceptatæ resignationis eadem præfacta die sexta Februarij per eundem D. Henricum facta datam, non dati procuratorij ad resignandum aut resignationis realis facta coram Notario & testibus inspicere oportet, ad hoc ut vera beneficij ex ea contingat vacatio, c. fin. de renunt. gl. 1. in c. Ad aures De his que videntur esse causæ, sunt Panor. in c. Quod dei timorem nu. 4. De statu monach. * Et licet sint, qui putent veram vacationem induci per resignationem factam coram Notario & testibus etiam ante illam superiori intimatam vel per illum admissam, *Doct. in c. Quod in dubijs De renunt. Guid. papa consil. 172. frater Hugo*: in præjudicium tamen superioris, ut illam superior invitus admittere debeat, vel illi de resignato beneficio disponendi tempus currere incipiat, talis resignatio ante acceptionem seu admissionem nullum habet effectum, *glos. in d. cap. Quod in dubijs. vers. verum est & ibi Doct.* Idem est dicendum de provisione per eundem D. Decanum & Capitulum S. Ioannis Impetranti hujus causæ facta ex tertia ejusdem hujus beneficij vacatione, quæ deinde contigit ex morte præfati Domini Germani 28. Iulij anno 1581. qui mensis Iulius cum fuerit Apostolicus non potuit propter reservationem ex dictis Concordatis Nationis Germanicæ per eundem D. Decanum & Capitulum cuicumque de beneficio provideri toto proximè sequente trimestri; uti superius diximus in & super provisione Antonij van Houthem: quod trimestre primum lapsum est 28. Octobris proximè sequentis. Vnde manifestum sit, quod provisio Impetrantis, quæ est de data tertiæ Februarij anno 1582. sit facta diu ante finem totius illius fatalis semestris temporis, quod totum Ordinarij Collatoribus debetur, d. cap. 1. §. verum.

Defectus igitur potestatis ex temporis aliquo lapsu, aut dictorum Decani & Capituli sancti Ioannis negligentia vel mora, nullus ad discolorandum Impetrantis titulum hic constitui potest, etiamsi ad dictos Decanum & Capitulum pertineret dumtaxat ius nudæ presentationis, uti Opponens prætendit.

Neque etiam ex ea consideratione quod in literis provisionis dicti Impetrantis, & formalibus in provisione præfati Antonij expressus sit modus vacandi immediatus, non ex morte D. Hectoris, neque ex obitu D. Germani, sed ex jure devoluto, propter negligentiam S. D. N. Papæ non conferentis eisdem Canonicatum & præbendam à die mortis intra tres menses. Ex quo sanè vacationis modo dicti Collatores conferre non potuisse videntur, ob id quod à superiore ad inferiore, & minimè à Papa fiat aliqua devolutio: cum hæc flumina imitetur scèper de-cur-

rendo, nunquam verò ad fontem recurrendo ejusque natura (ut ait Baldus, *conf. 159. Si is ad quem vol. 1. & gid. Bellamira decif. 426.*) sit potestatis devolvenda ut ad superiorem deferatur, & semel devoluta non revertatur. Cum igitur jure devolutio neutro casu dictis Decano & Capitulo vacaverit hoc beneficium, sed una vacatio contigerit ex resignatione, altera ex morte: sequi videtur quòd non potuerint de illo providere ex modo seu causa devolutionis, *c. Ex parte. de concess. praben.* ita quòd hic voluntatis & potestatis sit repugnantia, hoc est quòd quo modo providere potuerint, ex jure videlicet ordinariæ collationis ex causa resignationis vel mortis, non voluerint exprimendo falsum modum; & quo contulerunt ex causa devoluta potestatis non potuerint, & sic ut videtur sine effectu, *c. Cum super & ibi gl. de off. indic. deleg. l. Multum Cod. si quis alteri, vel sibi. &c.*

24 Caterum hæc consideratio momenti satis non habet ad invalidandam dictas duas provisiones, quæ non sunt factæ simpliciter & determinatè jure devolutio, devolutionis modo restricto ad illam speciem, quæ ex Lateranensis Concilij decreto constituta est ob negligentiam Collatoris, quæ non fit à superiore ad inferiorem, *c. Nulla. c. quia diversitatem de concess. praben.* sed quæ restricta est ad illum casum seu reservationis relaxationem, quæ ob diuturnam, hoc est triennium vacationem exurgit ex concordatis Nationis Germanicæ; ut disertis verbis continetur in literis dictarum provisionum, quæ species naturaliter, propriè, & strictè accipiendò verbum *devolutionis*, etsi non sit propriè devolutio; latiore tamen vocis significatione, impropriè & in apparentia, non etiam quoad effectum, species quædam devolutionis esse videtur: ob id, quòd vinculum quidem per reservationem ex Concordatis Germanicæ Nationis manibus Ordinarii iniectione resolutum sit; minime tamen in Ordinarium Collatorem extrinsecus & privativè translata potestas, quæ apud summum Pontificem durante reservatione fuit; nam hæc nihilominus penes Pontificem manet. Atque ita pro re subiecta hoc est pro tenore dictorum Concordatorum verbum *devolutionis* impropriè accipiendum est, pro relaxatione reservationis: impropriari enim debent verba ut nature actus, de quo agitur, deserviant, *l. Insulam De præscript. verb. l. Cum manu facta de contrab. empt. & convenient materia de qua agitur, & ne actus reddatur inutilis, l. Tina 1. §. Lucius De leg. 2. ut redderetur retentà verbi scrupulosa proprietate, l. Scavola Trebellian.* Nec sanè mirum aut omninò absurdum, si hanc reservationis relaxationem dicti Domini pro devolutione aliqua usurpaverint; cum & Baldus, exactissimus juris Interpres, hanc speciem pro devolutione & quidem speciali, contra juris regulas accipiat & interpretetur, *d. conf. 159. vol. 1. & Antonius de Butrio, in d. c. Statutum nu. 4. devolutionem appellet, ex ea nimirum consideratione, quòd finito reservationis Papalis vinculo res redeat & revertatur ad suam naturam, gloss. in c. Statutum in V. numerandum vers. item per hanc reditur, hoc est ad potestatem ordinariæ collationis; in*

quâ Ordinarius his tribus mensibus ex jure communi haberet jus collationis, si non obstaret hæc reservatio. Et longè probabilis potuerunt D. Decanus & Capitulum S. Ioannis sic exprimere hunc vacationis modum in his duabus suis provisionibus, quàm D. Henricus Decanus & Turnarius in sua collatione usurpare modum vacationis ex jure ad ipsos devoluta, iuxta dictum decretum Concilij Lateranensis, quasi ex negligentia Pontificis, non ex ordinaria eorum potestate.

Sed neque hoc rectè Impetranti obijcitur, quòd effectus dictæ potestatis & ex ea factæ provisionis resolutus sit, per hoc, quòd neque dictus Antonius, neque dictus Germanus, neque denique Impetrans hujus causæ intra semestrem, quo dictis Decano & Capitulo S. Ioannis à jure permissum erat suam præsentationem facere, sese aut literas suæ provisionis Decano & Capitulo S. Germani præsentaverint, quòd superius diximus in præsentatione, quæ sit ex jure patronatus, omninò necessarij non esse; nec sufficere, quòd intra illud literæ præsentationis præsentato tradantur, si non quoque intra idem tempus literæ hujusmodi præsententur ei, ad quem seu quos pertinet Canonica institutio in hujusmodi iis patronatus beneficio, *Casus Lambert. loco supra citato.* Nam imprimis remouetur ea obiectio per negationem, & contrarij probationem; quòd scilicet literæ provisionis dictorum trium Collatorum debito tempore & legitime non sint præsentatæ. Quod enim spectat ad provisionem Antonij, constat illam præfato D. Henrico, dictæ Ecclesiæ S. Germani Thenenis Decano, & quoad collationem beneficiorum tunc turnario, præsentatam & insinuatam fuisse altera die ab obiecta dicta provisione, eadem iterum deinde repetita in præsentia Vicedecani per oblationem eorum quæ pro jure admissionis exsolvenda erant. Constat itidem de præsentatione & insinuatione literarum provisionis dicti D. Germani debito tempore durante adhuc semestri præfato D. Henrico Decano decimo die post datam ejusdem provisionis facta. Et novissimè de simili præsentatione atque insinuatione literarum provisionis ex parte Impetrantis dictis Decano & Capitulo etiam debito tempore facta manifestè quoque constat per notariale instrumentum: ita quòd ex ea parte non possit constitui inefficacia sic per dictos D. Decanum & Capitulum S. Ioannis successivè his tribus personis factarum provisionum. Imò verò si ex ea parte aliquis defectus esset, nihil obesse posset Impetranti; ex eo, quòd superius deductum sit, quòd etiam per se verissimum est, dictis D. Decano & Capitulo S. Ioannis ad hunc Canoniatum aliisque plura beneficia in Ecclesiâ S. Germani Thenenis non competere nudum jus præsentationis ex nudo jure patronatus; sed pleni jus ordinariæ collationis, provisionis & dispositionis: cui etsi perinde à jure præscriptū sit tempus sex mensium ad illam faciendam, ut patrono quoad nudam præsentationem cum periculo devolutionis ad superiorem, si interea non fiat collatio seu provisio, *d. l. Nulla §. cum vero de concess. praben.* in eo tamen differt collatio & provisio à

visio à patronali præsentatione, quod collationem verbo aut literis ante finem dicti semestris esse factam à Collatore sufficiat; etiam si collationis litera, aut persona Collatoris vel superioris, vel in loco beneficii non præsententur aut insinuantur ad effectum obtinendi ius & canonicum titulum, atque etiam institutionem canonicam: quia necessitas præsentationis illarum post collationem debito tempore factam, collationibus non est à jure præscripta: ut nec petitioni admissionis ad realem & actualem possessionem, ad effectum consequendi ius irrevocabile in beneficio: † præterquam ad evitandum periculum, quod ex regula Cancellariæ Apostolicæ de publicandis resignationibus inductum est: ut si resignans non obstante resignatione in possessione beneficii resignati maneat, & sic decedat, beneficium censeatur vacasse non ex resignatione, sed ex morte, si resignatarius resignationem intra sex menses, si in Curia Romana facta sit, vel intra unum mensem, si extra Curiam, non publicaverit, & ex collatione ex ea causa facta ad resignatum beneficium admissus fuerit, *Gomes. ad Reg. Cancell. De public. resig. Rebuff. in praxi benef. tit. de public. resig.* Cujus Regula periculum nullum est in collatione obtenta ex modo vacationis per obitum, *Rebuff. ad d. reg. gloss. 2. vers. tertio*; sed hoc tantum, quod collatarius non offerendo se ad possessionem beneficii non faciat lucrum fructuum, *c. Cum ad hoc. De cler. non residen. Panor. in c. Conquerente nu. 4. eod. tit. & per superiorem cogi possit ad residentiam sub pena privationis beneficii, c. Ex parte e. Ex tua & ibi gl. & Panor. De cler. non resid.* De quo hic non queritur, sed de eo tantum, an hi tres collatarii successivè & per ordinem ex collatione & provisione dictorum Collatorum tale ius acquisierint, ut non fuerit opus alià præsentatione, ad effectum obtinendæ Canonice institutionis, per quam cogi potuerint Decanus & Capitulum Thenense eos admittendi ad possessionem cum assignatione faciendâ ut dicto Capitulo Thenesi nullus à jure præscriptus est terminus, *Panor. in c. 2. nu. 12. de concess. præben. ita nec Collatariis ad eam petendam.* Satis enim est intra præscriptum à jure tempus obtentam esse collationem Ordinarii Ecclesiastici, quæ secum, ut diximus, trahit institutionem & effectum possessionis juris, nec alià ulterius indiget alicujus operâ vel gratiâ, nisi ad actum corporalis possessionis, in quo tantum consistit executio facti, *Rot. decis. 441. Fuit dubitatum, alias 16. De concess. præben. in novis.* planè diversa ab institutione, † siue sit illa autorizabilis ad specialem præsentationem patroni, siue illa quæ potestate juris comprehenditur in ipsa collatione, *c. Cum Bartoldus in princ. & ibi Panor. nu. 3. De sent. & re iud. casus Lambert. De iure patron. lib. 2. p. 3. art. 1 undecima quest. princ. Oldrad. conf. 136. Quod ex productis nu. 10.* Super quo latius insilendum non est, ex quo præterea satis constat, quod singuli istorum trium Collatorum durante adhuc semestri dictis Collatoribus competente, non tantum obtinuerint ab ipsis collationem, verum etiam realem & actualem possessionem, prout constat ex instrumentis traditarum huiusmodi possessionum

Idem satis agnovit Opponens, dum eandem possessionum acquisitiones ex inutili & nullitatis vitio infectâ formâ oppugnat, de quo nunc dicendum. Hoc enim sibi periuadet Opponens, quod si possessionis realis & actualis huiusmodi Canonice traditio non possit per alium fieri, quàm per dictos Decanum & Capitulum Ecclesiæ s. Germani, à quibus constat Impetrantem suam non obtinuisse; ideoque pro nulla reputari debeat, quam obtinuit à M. Ioanne de Putte Notario, præsertim huiusmodi mine laico & conjugato * Sed nec ea in parte aliquo modo periclitatur causa Impetrantis: nam in primis hoc manifestum est, realem, corporalem, & actualem possessionem beneficii ecclesiastici post obtentam Canonicam institutionem, siue illa sit ex vi collationis per Ordinarium Collatorem factæ, siue ex investitura ad præsentationem Patroni, acquiri posse non tantum ministerio Archidiaconi, *c. Ad hac de off. Archid.* aut alterius, qui in Ecclesia, in qua beneficium situm est, in dignitate vel officio est, *c. Post electionem de concess. præben. in verb. per cuius manum*, sed etiam alterius cuiuscumque, cui id Collator, vel investiens mandaverit, aut à quo Collatarius seu impetrans id requisiverit. Quod de consuetudine generalitè observari scribit Petrus Rebuff. in praxi benef. p. 1. tit. de requisitis in literis collationum nu. 25. † qui hoc insuper tradit, à parte 1. tit. de miss. in poss. nu. 23. per tabellionem seu Notarium publicum expediri ista posse & possessionem tradi, non tantum clericum sed etiam laicum: hæc enim actualis seu corporalis possessio cum res spiritualis non sit, sed quid temporale, *gloss. in c. literas in verb. res spiritualibus vers. & nota De iuram. calum. Archid. in cap. 1. vers. in civilibus de rest. spoliat.* facile cadit in executionem & ministerium perinde laicæ ut ecclesiasticæ persone. Prout etiam ex ea consideratione cognitio iudicii possessorij super beneficio ecclesiastico spectare potest ad laicum iudicem, *Guido Papa decis. 1. & conf. 149. Forst. diu.* ad quem alioqui de spiritualibus causis nulla pertinere potest iurisdictio, *c. Decernimus De iudic.* Et quod huc propius pertinet, etiam per laicum procuratorem potest clericus beneficii Ecclesiastici possessio acquiri, & alius pro clerico absente investiri, *c. Accedens De præben.* idque perinde laicus ut clericus: quia huiusmodi possessionis acquisitio facti est. Imò non tantum ipsius beneficii possessio sic per laicum pro clerico acquiri potest; verum etiam ipsius beneficii ex collatione Collatoris, vel præsentatione Patroni acceptatio fieri: in quo tamen plus juris quàm facti est, *Ioan. Calder. consil. 1. de præben.* Non enim ad effectum acquisitionis consideratur persona procuratoris, qui non tam agere, quàm pati, hoc est mandatum ad quod obligatur exequi, censetur; ideoque clericus ipse, cuius nomine acceptatio fit, agere, hoc est acceptare intelligitur per suum procuratorem tamquam instrumentum, à quo velut per canalem, ut inquit Panormit. in d. c. Accedens nu. 6. effectus acceptationis derivatur; & sic in tali actu nec autorizat, nec sibi aliquid acquirit laicus, sed illi, cuius nomine agit seu res geritur. Quo etiam fit, ut per laicū procuratorem possit fieri beneficii resignatio & permutatio,

nota dec. 104. alias 8. de procur. in antiq. in fine. nec mirum, cum etiam per excommunicatum illa explicari possint. Nota dec. 290. alias 2. de procur. in nou. per c. pro illorum. & ibi gloss. in verb. in canon. eum de praben.

Et sane ea in parte magna est differentia inter possessionem corporalem beneficii, quæ est facta, & sequitur acquisitionem beneficii ex precedente Collatoris provisione; & illam, quæ plurimum juris habet, quæ scilicet à superiore autorizante ad alterius præsentationem tradi solet, & ob id vim collationis habet, *Domini. Gemman. in c. cum in ecclesijs nu. 8. De praben. lib. 6.* ideoque per laicum, qui juris ecclesiastici tractationem aut executionem nullam habet, explicari aut dari non potest; cum illam quilibet etiam excommunicatus explicare possit, *Gemman. d. nu. 8.*

Non potest igitur vitiosa aut nulla dici traditio possessionis seu inductio in illam, quam M. Ioannes vanden Putte super hoc Canonatu explicuit; primum in persona D. Germani; deinde illo mortuo in persona huius impetrantis, etiam si constaret aut præsumeretur illum esse hominem laicum, *Phil. Dec. cons. 125. In causa spoliationis nu. 6. Steph. Bertran. cons. 207. per lictus nu. 7. vel. 23. p. 1.* Quo juris adminiculo & consideratione non est, opus quoad traditionem & acquisitionem huius possessionis, quam facti esse dicimus, quoad personam Antonij van Houthem, ob id, quod illa sit facta & explicata per D. Franconem Baken Notarium publicum, ad eum cuius qualitate Opponens nihil obicit, nec factam ab illo in possessionem inductionem ex ea consideratione impugnauit; ut nec poterat, cum is fuerit etiam Capituli Thenenis Notarius. Impugnauit quidem illam & coniunctam quoque prædictas inductiones in hanc possessionem in personam D. Germani & impetrantis huius causæ, ex eo, quod huiusmodi possessionis traditio, & in illam inductio spectet & pertineat ad Decanum & Capitulum Thenense, & ob id ab alio seu alterius ministerio illam nec petere nec obtinere potuerint; quod non tantum per extracta diversarum admissionum ex libris Capitularibus, sed etiam ex ipsi literis collationis & provisionis præfati Antonio van Houthem factæ, ita se habere asseruit; eo quod in illis continetur, quod collatio, provisio, & quavis alia dispositio ad Dominos Decanum & Capitulum S. Ioannis; ad Decanum vero & Capitulum S. Germani Thenenis admissio & inductio pleno jure pertinere dignoscatur; & ex ea causa dictæ collationis literæ ad eandem Decanum & Capitulum S. Germani, & non ad alium pro obtinenda admissione sint directæ, ad effectum scilicet, ut Antonius per eos in corporalem, realem, & actuale possessionem ejusdem Canoniciatus poneretur & induceretur: sic quod Antonius petendo & obtinendo hanc inductionem à Francone van Baken ab alio accepisse videatur, quam à quo debebat; & sic, uti apparet, vitiosè, ob id, quod perinde in possessione beneficii acquirenda, ut in obtinendo jure in & ad beneficiū, juris vel consuetudinis forma sit observanda, *Innot. in c. in literis nu. 7. De rest. spoliat. ranor. & alij*

Conf. Wamef. Tom. 1.

in c. 2. De censur. in fine.

Haberet quidem ea consideratio aliquid momenti, si ad dictum Capitulum S. Germani aliquo modo pertineret receptio & admissio juris alicujus collativa; ut est in illa autorizabili institutione, quæ fit ad nudam præsentationem patroni, in hac enim plus momenti est, quam in ea institutione & admissione obsequiali, quæ mere facti est, & obtenti juris ex collatione Collatoris executiva, in qua huiusmodi formalitatis observatio non requiritur, ideoque illa autorizabilis non posset expediri nisi Capitulariter præsentibus, aut saltem ad hoc vocatis Decano & Canonicis; hæc vero obsequialis etiam extra Capitulariter, & per unum ex Canonicis alijs non vocatis; ut ex facto consultus respondit Ioannes Baptista Ferretus, *consil. 14. Tangendo & cons. 16. Reuerendus Dominus nu. 7.* Iam vero superius diximus, & iterum hic inculcamus, ad Capitulum Thenense non pertinere jus Canonice autorizabilis institutionis, neque nudam esse dictum Dominorum Decani & Capituli S. Ioannis Leodiensis ad hoc & similia alia beneficii in Ecclesia S. Germani præsentationem, sed plenam & undequaque perfectam de ipsius beneficii provisionem & collationem, trahentem secum Canonicam institutionem, ex qua illis sine ullo ministerio aut adminiculo Capituli S. Germani plenum perfectumque jus Collatorijs acquiritur; quodque Capituli S. Germani nullas esse partes nisi officiales seu obsequiales ad executionem factæ requisitione Collatorum.

Vnde non potest dictum Capitulum S. 3 Germanis aliquid, nisi ex voluntate Collatorum requirenti, sibi usurpare, quasi Collatores ad hunc actum alium requirere nequeant. Nam & ei, cui jure conventionis, vel ex lege, operæ officiales seu obsequiales debentur, necesse non est illas indicare aut poscere, nec ad eas obligato illas præstare; nisi eum & postquam petiit vel indicit sunt, *l. Interdum post pr. vers. item si opera, de verb. obligat. l. S. Qui hac. indicium, in fine l. Cum patronus in pr. & ibi gloss. n. v. poposcit de oper. l. v. r.* Quippe hæc Collatorum requisitio est non ex jure subiectionis quoad ipsos, neque ex jure superioritatis quoad Decanum & Capitulum S. Germani requisitos; sed conversa ratione ac consideratione ex jure superioritatis & præminentie, quam Collatores in dictos Decanum & Capitulum Thenense habent ratione investituræ & Personatus in dicta Ecclesia S. Germani, quæ in eadem olim erat prima dignitas, Capitulo S. Ioannis ex Apostolica auctoritate postea ab hinc plusquam centum & viginti annis unita & incorporata. 32 Quemadmodum pro dignitate reputatur & habetur plerumque Personatus, qui in Ecclesia etiam sine administratione aliquam præminentiam habet, *c. De multa. De praben. Archidiacon. in c. 1. De consuet. lib. 6.*

Quæ etiam causa est, cur bono jure postea in collationibus, præfatis Germano, & huius causæ, Impetranti factis mandatum & requisitio de inducendo ipsos in realem & actuale possessionem non sit directæ ad solos prædictos Decanum & Capitulum S. Germani, sed etiam ad quos,

R. r. 3

ad quoscumque alios de super pro parte dictorum Collatorum requirendos. Prout etiam in communi usu fit, cum ex provisione Pontificia, vacante aliquo Canonatu in mense Apostolico, quispiam inducendus est in possessionem illius; quia fieri id potest per quemcumque Notarium ad hoc requisitum.

33 Sed anxius in hoc puncto laborandum non est, cum ex actis constet, dictos Decanum & Capitulum Thenense (quod tunc duobus aut tribus dumtaxat personis constabat) vigore literarum collationis Antonio factæ requisitos fuisse pro obtinenda hac admissione, & in possessionem realem inductionem; sed id ei per ipsos negatum fuisse ex ea causa, quod iure devoluto eundem Canonatum eodem die mane contulissent alij: inde enim patet, quod per ipsos iterit, quod minus Antonius ad requisitionem Collatorum indutus fuerit in huiusmodi possessionem, & sic meritis ad alium confugere poterit, aut potius confugere necesse non habuerit, qui exinde pro vero possessore haberi debuerit, per vulgatam Iuris Canonici & civilis regulam, quod cum non fiat per eum, cuius non interest conditionem aut alium actum impleri, sed per eum, in vel ex cuius persona implementum seu actus fieri debet, seu cuius interest non impleri seu fieri, haberi debeat pro impleta, c. Cum non fiat De reg. iur. lib. 6. l. In iure civili de reg. iur. l. i. iure civili de condit. & demonstr. Atque ita cum Antonius suo officio non defuerit, requirendo hanc admissionem, & in possessionem inductionem, illique id ex parte Decani & Capituli Thenensis ad instantiam Opponentis recusatum sit ad ipsorum proprium commodum, pro stabilienda collatione, quam tunc se iure devoluto (licet in omnem eventum intemptive, utpotè adhuc durante semestri præfatis Collatoribus Ordinariis competente) fecisse dicebant, vel postea facere intendebant, non debet nec potest defectus ex forma hac in obtinenda reali possessione, dicto Antonio & eius successoribus nocere. Cum alioqui is, qui auctoritate vel iudicis vel superioris iubetur in possessionem ire, seu ad illam admitti, pro possessore vero & legitimo habeatur, si alius & præsertim is, qui ex officio ad admissionem obligatus est, eum impediatur ingredi, l. Cum unus §. fin. cum l. seq. ff. de bon. auth. iud. possid. ut ex facto consultus in simili respondit Marcus Antonius Natta, conf. 307. Requisitus nu. 4.

Cum igitur non tantum dictus Antonius, sed etiam Germanus, atque item huius causæ Impetrans non prius ad alterius operam vel officium recurrerint, quam ex parte Decani & Capituli Thenensis admissionem & inductionem obtinere non potuerunt; debet pro legitima & sufficiente reputari inductio, quam à præfatis Francone Baken, & M. Ioanne vanden Putte Notariis publicis respectivè obtinuerunt, iusta enim & ex forma satis solemnis censi debet acquisitio possessionis corporalis, quam ministerio dictorum Notariorum isti Collatarii sic obtinuerunt per traditionem & assignationem illius in ipsa Ecclesia S. Germani, etiam per publicationem literarum suæ provisionis ad valvas Ecclesiæ. † Nam ut ad acquirendam possessionem cuiuscumque

rei præfata, præsertim immobilis, sufficit, si is, qui possessionem tradit vel tradendam illius potestatem habet, in presentia & aspectu rei illam ei, cui traditio facienda est, assignet aut in possessionem ire aut rem apprehendere iubeat, ad effectum consequendam realem traditionis, & effectus rei possessionis, l. i. §. si iusserim, l. Quod meo §. si vendiderem D. De acquir. poss. Specul. in tit. de empt. & vendit. §. i. vers. sed quid si in instrumentis: † ita quoque pro assignanda & acquirenda beneficii ecclesiastici possessione, sufficit etiam nudo verbo introductionem & assignationem fieri in Ecclesia, in qua est beneficium, vel ad illius portas, imò in ipsius etiam cimiterio, si Ecclesia clausa est, Rota decis. 153. alijs 5. De caus. poss. & propriet. in antiq. Lud. rom. conf. 482. In casu præmissi nu. 2. & 3. latè Guido Papa conf. 71. Pro decisione. Ut dubitare non oporteat, quin legitima, id est naturalis & civilis sit possessio, quæ primum dicto Antonio van Houthem in ecclesia, in qua est hic Canonatus; deinde Domino Germano van Mulck per deductionem illius ad chorum; & novissimè Impetranti huius causæ in ipso dictæ Ecclesiæ choro, cum assignatione stalli in eodem, & loci in Capitulo, tradita & assignata est.

Proinde cum per præmissa constet de idonea & capaci qualitate Impetrantis, atque etiam eorum, quibus juris sui & possessionis adminiculum & accessionem trahit; constet item de potestate præfatorum Dominorum Decani & Capituli S. Ioannis Leodiensis, hunc, de quo controversitur, Canonatum pleno iure & cum effectu canonice institutionis conferendi, non verò ex nudo iure patronatus præsentandi dumtaxat ad illum; item quod dictis Decano & Capitulo S. Germani nihil juris, præter nudam facti executionem, ad tradendum corporalem eiusdem Canonatus possessionem, competat; & quod propter difficultates & impedimenta per eos ad usurpationem amplioris juris iniecta, ministerio aliorum hæc eadem corporalis possessio Impetranti acquiri poterit, & realiter acquisita fuerit: manifestissimum evadit, Impetrantem huius Canonatus verum & iustum fuisse & esse possessorem, ex titulo nedum colorato, sed etiam vero & sufficiente, ad quocumque genere interdicti possessorij ex ea experiendum, si res postulare; & præsertim retinenda possessionis seu manutenentiæ adversus causam Opponentem; cui ad contradicendum, & multo minus ad interdictum duplicandum, uti temerè fecit, nihil juris competit vel competere potest. Ut interea hic non refricemus defectus personæ, quos idem Opponents patitur, & nos separatim alijs duobus responsis plenius deduximus, vide sup. conf. 30. de supplen. negli. prelat. & conf. 34. de filijs presbyter.

De Præbendis.

S Y M M A R I U M.

Possessorium triangulare ex nominatione Regia & duplici collatione duorum Collatorum ordinariorum.

1. Causa beneficiæ possessoria decidit debet pro eo, qui habet apparentiora iura.

2. Bene.